



**I**oannes natus est patre Christiano, matre Margaretha mediocris fortunæ hominibus, in oppido Athendorio Saxonix Occidentalis, quæ hodie Vuestphalia dicitur, calend. Aug. anno 1500. Cum autem Ioannes felici ingenio præditus esset parentum consilio operam literis dedit, & in patria prima fundamēta egregiè iecit. Erat tum Tilmannus Mullius Alexandri Hegij discipulus eo in loco Ecclesiastes, qui & Græca exponere, & carmen scribere (quæ duo eo seculo erant rarissima) poterat. Is cum Ioannis in discendo ardorē cognouisset, puerum ad suas ædes recepit, atq; in utraq; lingua instituit. Postea Coloniam missus Arnoldum Vefaliensem, & Ioannem Cætarium præceptores habuit, & sub ijs præclaram operam bonis artibus nauauit. Itaq; factum ut in templo (quod ad Gradus Mariæ dicitur) scholæ præficeretur. eo in loco cum per triennium hæsisset, in superiorem Germaniam ascendit, & celebriores urbes inuisere statuit. Vnde cum Zuickauia uenisset, atq; eius doctrina & diligentia diuulgata esset, eius scholæ moderatio offertur. Ioannes ergo eam conditionem uitæ suscepit, atq; Barbaris cum Heinrichmanno et Brasicano ex ludo reiectis, optimos quosq; aucthores cum Cicerone & Terentio recepit. In eo loco 1534 Annam Beroualdia uxorem duxit, et multos discipulos ex nobilitate domi suæ aluit. Cum autem eo genere uitæ fatigaretur, Mariebergum concessit, & eam urbem suorū studiorum receptaculū elegit. Interim tamen priuatam scholam retinuit, & quos uolebat discipulos instituit. Verum cum multis uirtutibus ornatus esset, diu ibi latere haud potuit. Itaq; primò liberali stipendio oblato Snebergum, postea quoq; Fribergam à Heinricho Saxonix duce euocatur, ut adolescentium studia formaret, & Ludimoderatorem ageret. Huic uocationi is obtemperauit, atq; inter alios discipulos Augustum (qui hodie Saxonix electorem agit) instituit.

Postea Coloniam missus Arnoldum Vefaliensem, & Ioannem Cætarium præceptores habuit, & sub ijs præclaram operam bonis artibus nauauit. Itaq; factum ut in templo (quod ad Gradus Mariæ dicitur) scholæ præficeretur. eo in loco cum per triennium hæsisset, in superiorem Germaniam ascendit, & celebriores urbes inuisere statuit. Vnde cum Zuickauia uenisset, atq; eius doctrina & diligentia diuulgata esset, eius scholæ moderatio offertur. Ioannes ergo eam conditionem uitæ suscepit, atq; Barbaris cum Heinrichmanno et Brasicano ex ludo reiectis, optimos quosq; aucthores cum Cicerone & Terentio recepit. In eo loco 1534 Annam Beroualdia uxorem duxit, et multos discipulos ex nobilitate domi suæ aluit. Cum autem eo genere uitæ fatigaretur, Mariebergum concessit, & eam urbem suorū studiorum receptaculū elegit. Interim tamen priuatam scholam retinuit, & quos uolebat discipulos instituit. Verum cum multis uirtutibus ornatus esset, diu ibi latere haud potuit. Itaq; primò liberali stipendio oblato Snebergum, postea quoq; Fribergam à Heinricho Saxonix duce euocatur, ut adolescentium studia formaret, & Ludimoderatorem ageret. Huic uocationi is obtemperauit, atq; inter alios discipulos Augustum (qui hodie Saxonix electorem agit) instituit.